



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

12. Princeps resolvit Mallingcrotium custodiâ attinere. Scribit id ad
Senatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

te jurisdictionem affixa, lacerari confestim imperavit. Ut autem isti imposteriorum notæ antevertat *Mallingrotius*, aliud usurpat medium. Binas ex ligno confieri tabulas curat, incussis supernè duobus uncis, ex quibus commodè suspendi possent; iisq; agglutinat, quæ legi volebat scripta. Has propylæis Ecclesiarum per famulos affigi præfens ipse mandat, relicto dein eorum altero excubitore, qui custodiat, & si forsitan accedant publico missi nomine tabulas surrepturi, avulsas illicò tollat, fugiatq;. Id consilium, quia ex animi sententiâ pluries successit, aliquamdiu continuatum est.

1654
pis lace-
rantur
& avel-
luntur.

At verò Princeps quo minùs incauta *Prohibe-*
plebs censuris illicitæ societatis involvere-
tur, sub gravi poenâ edixit, ne quæ eo in *bentur*
genere à Decano scripta, affixaque impo-
sterum legerentur. Sed eâ prohibitionem, *legi.*
uti plerumque contingit, & cupido lecto-
ribus, & justitiæ specimen Decani causæ
accrevit: proindeque tanta certatim lecti-
tantium multitudo advolavit, ut complu-
res accurrentium turbâ præpediti, legendi
aviditatem fatiare haud possent, & alij ar-
gumenta litterarum rogati, perceptis malè
periodis falsi, fallentisque, rudes animas
facilè circumvenirent.

Indies igitur gliscente ex *Malling-* *12.*
erotij contumaciâ, populi factione, in-
ceps res
evita-

1654.
solvit
Mallingcro-
tium cu-
stodiâ
attinere.

Scribit
hoc ad
Senatû.

evitabiles prospiciens turbas *Christophorus Bernardus*, statuit hominem, media quæque mitiora respicientem, honestâ extra urbem custodiâ attinere. Eâ super re scribit ad Senatum, ac mandat, ut deducendo per Urbem *Mallingcrotio*, ne quid turbarum conciret populus, apparitores & famulitium Urbanum ad portas usque præsto adsint. Utque unâ, Consiliariis injungit (erant ij *Brabeckius*, *Fürstenbergius*, *Merveltius*, *Wiedenbruckius*) in istam *Mallingcrotij* detentionem studiosè intendant, nec minore curâ, è suspicacibus Monasteriensium animis quamcûnque removeant emergentem alicujus fortè præjudicij anxietatem.

13.
Respon-
sum Se-
natûs.

Senatus re cum Tribubus, ac Plebe collatâ *Vierdenhalvium* Oratorem cum sex aliis ad Consiliarios Principis, avidos responsi destinavit, & ij quidem pridie Idus Septembris sequentia retulere. *Actiones Mallingcrotij Civitatem non tangerent, nèque iis miscere se intendisse unquam; Senatum quòque nullam sibi in Clericum vindicare potestatem; palam tamen esse, Mallingcrotium non tantùm de universâ patientiâ præclare hætenus meritum, sed & Monasterium Urbem superioribus bellis singulari semper benevolentia profecutum; magnam fuisse partem Religionis & publice*